Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

mordemus partē abstrahimus · partēq; relinquimus. Quia ergo
in electis suis fundituis mortē occidit · mors mortuus extitit.
Quia uero ex inferno partē abstulit et partē reliquit · non
occidit fundituis sed momordit infernū. Ait ergo · ero mors
tua ō mors. Ac si aperte dicat · quia in electis meis te fundi
tuis perimo. Ero morsus tuus inferne · quia sublatis eis te
ex parte transfigo. Que ē ergo ista solemnitas quē infernu
claustra destruxit · et ianuas nob regni cēlestis aperuit. In
quirat subtilius nom̄ eius · requirat egregius p̄dicator · iu
deamus qd de eius estimatione denuntiet. Ait enim · etenim
pascha nr̄m immolatus ē xp̄c. Si igit pascha xp̄c · pensandū
nob est · qd de pascha lex loquitur · ut indagemus subtilius
an de xp̄o dicta iudeant. Moyses quippe ait · Sumentes de san
guine agni ac ponent sup utrūq; postē · et in sup liminarib
domoq; in quibus comedent illū · et edent carnes nocte illa
assas igni · et azimos panes cū lactucis agrestibus. Non come
detis ex eo crudū qd · nec coctū aqua · sed tantū assū igni
Capiti cū pedibus et intestinis uorabitis · nec remanebit
ex eo quicquā usq; mane · et si qd residuū fuerit igni com
buritis. Ubi et additur · Sic ait comedetis illū. Lenes uros
accingetis · calcimenta habebitis in pedibus · tenentes bacu
los manibus · et comedetis festinantes. Que iudelicet cuncta
magnā nobis edificationē parunt · si fuerint mystica in
terp̄tatione discussa. Quis namq; sit sanguis agni non iā
audiendo sed bibendo didicistis. Qui sanguis sup utrūq;
postē ponit quando non solū ore corporis sed etiam
ore cordis haurit. Inutroq; et ēni poste agni sanguis